

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. I

RŌMA IN ITALIĀ EST. GERMĀNIA IN IMPERIŌ RŌMĀNŌ NŌN EST.

-A > IN + -Ā

Italia: *Rōma in Italiā est.* (v. 1)

Eurōpa: *Italia in Eurōpā est. Graecia in Eurōpā est.* (v. 1–2)

-UM > IN + -Ō

imperium Rōmānum: *Germānia in imperiŌ Rŏmānŏ nŏn est.* (v. 58)

ITALIA IN EURŌPĀ EST. ITALIA ET GRAECIA IN EURŌPĀ SUNT.

1 Italia in Eurōpā est. (v. 1, numerus singulāris)

1+1 = 2 Italia et Graecia in Eurōpā sunt. (v. 2, numerus plūrālis)

1+1+1 = 3 Italia et Graecia et Hispānia in Eurōpā sunt. (v. 3–4, numerus plūrālis)

– QUOQUE

a Italia in Eurōpā est. (v. 1)

a+b Italia et Graecia in Eurōpā sunt. (v. 2)

(a+b) + c Italia et Graecia in Eurōpā sunt. (v. 2)

Hispānia quoque in Eurōpā est. (v. 2–3)

a+b+c Italia et Graecia et Hispānia in Eurōpā sunt. (v. 3–4)

a Italia in Eurōpā est. (v. 1)

a+b Italia in Eurōpā est. Graecia quoque in Eurōpā est.
Syria nŏn est in Eurōpā, sed in Asiā. Arabia quoque in Asiā est. (v. 7)

RŌMA EST IN ITALIĀ. = RŌMA IN ITALIĀ EST.

Rōma est in Italiā. (v. 1) = *Rōma in Italiā est.*

Ubi est Nīlus? (v. 16) = *Nīlus ubi est?*

Rhēnus et Dānuvius sunt fluvīi in Germāniā. (v. 20) = *Rhēnus et Dānuvius fluvīi in Germāniā sunt.*

AEGYPTUS IN EURŌPĀ NŌN EST, AEGYPTUS IN ĀFRICĀ EST.

+ Italia in Eurōpā est. (v. 1)

- Aegyptus in Eurōpā nŏn est. (v. 5)

Estne Gallia in Eurōpā? Gallia in Eurōpā est. Estne Rōma in Galliā? Rōma in Galliā nŏn est.
(v. 11–12)

UBI EST RŌMA? RŌMA EST IN ITALIĀ

Ubi est Rōma? Rōma est in Italiā. (v. 12–13)

Ubi est Nīlus? Nīlus in Āfricā est. (v. 16–17)

Rhēnus ubi est? Rhēnus est in Germāniā. (v. 16–17)

Ubi sunt multae prōvinciae? In imperiō Rōmānō sunt multae prōvinciae. (v. 60)

SYRIA NŌN EST IN EURŌPĀ, SED IN ASIĀ.

Syria nōn est in Eurōpā, sed in Asiā (est). (v. 6–7)

Germānia nōn in Asiā (est), sed in Eurōpā est. (v. 8–9)

Rhēnus nōn fluvius parvus (est), sed fluvius magnus est. (v. 22–23)

ESTNE GALLIA IN EURŌPĀ? NUM CRĒTA OPPIDUM EST? QUID EST CRĒTA?

Estne Gallia in Eurōpā? + Gallia in Eurōpā est. (v. 11)

Estne Rōma in Galliā? - Rōma in Galliā nōn est. (v. 11–12)

Num Crēta oppidum est? - Crēta oppidum nōn est! (v. 49)

Num Sparta īnsula est? - Sparta nōn est īnsula! (v. 50)

Quid est Crēta? Crēta īnsula est. (v. 50)

Quid est Sparta? Sparta oppidum est. (v. 51–52)

Rhēnus quid est? Rhēnus est magnus fluvius. (v. 52)